

Caput I. De Fallaciis.

FALLACIÆ vel sunt

ἑξ ἑπτῶ
λέξεσιν ἰν
δictione.
Earum
sunt sex.

ἑξ τῆς λέξεως.
Extra dictionem
Earum sunt se-
ptem.

1. Ὄμωνυμία. FALLACIA ÆQUIVOCATIONIS quando vox æquivoca æquivocè sumitur; ut, O. canis latrat. Sidus cæleste est canis, E. Sidus cæleste latrat.
2. Ἀμφιβολία. FALLACIA AMPHIOBLIÆ, quando oratio in vario sensu accipitur: ut, Qui arat littus, scindit terram, Qui operam perdit, arat littus. E. qui operam perdit, scindit terram.
3. Σύνθεσις. FALLACIA COMPOSITIONIS, quando conjunctim accipiuntur, quæ divisim erant accipienda.
4. Διαίρησις. FALLACIA DIVISIONIS, quando divisim accipiuntur, quæ conjunctim erant accipienda: ut, duo & tria sunt paria & imparia. Duo & tria faciunt quinque. E. Quinque sunt paria & imparia.
5. Προσωδία. FALLACIA ACCENTUS, quando diversitas, est in compositione vocis, spiritu, litera quantitate, gestu orationis, tono &c. ut si sumatur quies, pro, quies: ara pro bara: equus, pro equus.
6. Σχήμα λέξεως. FALLACIA FIGURÆ DITIONIS, quando aliquid alicui propter similitudinem dictionum tribuitur, quod tribuendum non erat: ut fons est generis masculini, E. & frons. Huc referuntur etiam fallaciæ ex confusione diversorum prædicamentorum.
 1. Παρὰ τὸ συμβεβηκός. FALLACIA ACCIDENTIS, quando alicui per se tribuitur id, quod ei per accidens tantum competit. ut, si vinum malum vocet per se, quia homines reddit insanos.
 2. Παρὰ τὸ πῆ ἢ ἀπλῶς λεγόμενον. FALLACIA A DICTO SECUNDUM QUID AD DICTUM SIMPLICITER, quando id, quod saltem secundum quid verum est, accipitur simpliciter; ut imago est homo pictus, E. est homo.
 3. Παρὰ τὴν τῆ ἐλέγχε ἀγνοίαν. FALLACIA IGNORATIONIS ELENCHI, quando pro veris contradictoriis habentur, quæ tamen non sunt: ut cælum tegit omnia. E. seipsum tegit.
 4. Παρὰ τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν. FALLACIA PETITIONIS PRINCIPII, quando probatur idem per idem, vel per aliud obscurius aut æquè obscurum: ut cras erit æquinoctium, quia nox diei æquabitur.
 5. Παρὰ τὸ ἐπόμενον. FALLACIA CONSEQUENTIS, quando converti existimamus ea, quæ converti non possunt: ut O. homo est animal.
 6. Παρὰ τὸ αἰτιον ὡς αἰτιον. FALLACIA SECUNDUM NON CAUSAM UT CAUSAM, quando falsitas conclusionis, proveniens ex una præmissa falsa, attribuitur alteri præmissæ veræ, quæ causa non est: ut ex terminandus est usus pecuniæ, quia homines avari pecunia abutuntur.
 7. Παρὰ τὰ τὸ πλείον ἐρωτήματα ἐν ποίειν. FALLACIA SECUNDUM PLURES INTERROGATIONES, quando ad plures interrogationes petitur responsio una, tanquam si esset una interrogatio: ut si petat Sophista, homo & lapis suntne animal?